que non eſt facta: ſed originata a patre ⁊ filio ꝑ ꝓceſſuȝ amoris. Quod vero poſtea ſequitur (in ipo vita erat( introducitur ſm eum ꝓpter duo. Unū eſt vt poſt ꝓductionem omniū rerū oſtendatur indeficientia cauſalitatis non ſolū ad res ꝓductas: ſedetiam producendas: quaſi diceret. In ipo vita erat: qua non totū ꝓducere potuit: ſedetiam qua indeficientē influxum et cauſalitatē abſqȝ minorationis diſpēdio habet ad res cōtinue ꝓducendas: vtpote ſicut fons viuus qui non minoratur ex cōtinuo defluxu. Aqua vero non viua ⁊ collecta cum fluit minoratur ⁊ deficit. Pſalm̄. Apud te eſt fons vite. Secundum vt oſtendatur gubernatio rerū etiam eſſe ꝑ verbum. Quia em̄ in ipo vita erat oſtenditur ꝙ non produxit res per neceſſitateȝ nature: ſed per voluntatē ⁊ intellectum: ⁊ ꝙ res ꝓductas gubernabat. Et qꝛ Chryſoſtomus eſt tante autoritatis in ſuis expoſitionibꝫ apud grecos: ꝙ vbi aliq̄d expoſuit in ſacra ſcriptura nullam aliam expoſitionem admittunt: ideo in omnibꝫ libris grecis ſic inuenitur punctuatuȝ ſicut punctuat Chryſoſtomus. ſcȝ hoc modo: Sine ipo factū eſt nihil qđ factū eſt. Aliqui autē iſtum modum legendi reprehendendum putant: quia ly quod factum eſt ſm eum eſſet ſuperfluuȝ: cum ly nihil ſeu nullum ens quod ei equipollet habeat ly ens diſtributum ſolum pro factis.

Sed poſſet dici ꝙ ſuperfluit apud bene concipientes: ⁊ tamē neceſſario apponitur ꝓpter alios: vt ipe dicit. Credo autem cum ſub vna littera ſcripture ſint multi ſenſus litterales: vt ſupra dictū eſt: Tamen vnus aliquando ſit alio planior et principalior in ſcribentis intentōe: ꝙ principaliter ſenſus euāgeliſte ſit punctuādo eo modo quo punctuant latini ⁊ multi aliȷ̄ greci ſcilicȝ ſic: Et ſine ipſo factum eſt nihil: punctus: Quod factū eſt ⁊c. Et ratio eſt: quia euangeliſta in prima parte euāgelij vſqȝ ſcilicet ad illum locum: fuit homo: ſic concatenat ſentētias omnes. Primo de eſſentia verbi: ⁊ Secūdo de eius potētia: ibi: Omnia per ipum facta ſunt: vt finis prime ſit principium ſecunde. Quam concatenationē punctuatio Chryſ. ſoluit. Nec eſt inſtātia de illa ſentētia: hoc erat in principio apud deuȝ: quia ly hoc: ſumitur pro verbo quod fuerat finis prioris (Et vita erat lux hominū) Hic oſtendit euangeliſta ꝙ verbum diuinū eſt ꝓncipiū illuminatiuū per quod producuntur rationalia ⁊ ponit tres clauſulas in quarū prima deſcribit quandā vniuerſalem lucē dicens: (Et vita) id eſt verbū vel filius in quo viuunt omnia. (Erat lux hominū) Nō autē dixit: angelorū: licȝ ſit lux eorū. Primo ſm Chryſ. quia intēdit tradere noticiam de verbo ſm ꝙ ad ſalutē hominū ordinatur. Secūdo ſm Orige. quia nomine hominum intellexit omnē intellectualem creaturam: ⁊ hoc a fortiori: qꝛ angeli magis illa luce participant. Erat inqȝ lux. ſ. manifeſtās ſeipam mūdo tripliciter Primo per ſcripturā. Unde Orige. Eloquia diſce diuina ⁊ eorū oīno ꝯcipies intellectum: id eſt cognoſces verbū. Hec ille. Secūdo ꝑ creaturā. Senſu inq̄t corporeo formas ac pulcritudines ꝑſpice ſenſibilium. ⁊ in his oīb nihil tibi veritas declarabit p̄ter ipm qui fecit oīa. In pulcritudine em̄ ⁊ decore artificiati: relucet pulcritudo ⁊ decor artificis. Hec ille Tertio ꝑ aſſumptā humanitatē. Unde dicit idem Origenes. Lux eſt dominus Jeſus chriſtus qui in humana natura omni rationali nature ſeipm manifeſtauit: fueqȝ diuinitatis qua patri equalis eſt abdita myſteria. Hec ille. In ſcđa clauſula ponit eiuſdē lucis irradiationē dicens (⁊ lux in tenebris lucet) Hoc aūt exponitur primo ſm naturalem theoriā ſic: Sicut em̄ aer per ſe non lucet ſed tenebroſa ſubſtantia eſt: capax tm̄ radiȷ̄ ſolarȝ: ita natura noſtra per ſe cōſiderata eſt quedā tenebroſa ſubſtantia: ſed tamen capax lucis diuine ſapientie. Inſuper aer dum ſolis radios ꝑcipit non dicitur ꝑ ſe lucere: ſed lux ſolis que in eo apparet. Similiter noſtra rationalis natura dū diuinū lumen poſſidet: ⁊ non ꝑ ſe res intelligibiles vt deū ⁊ ea que ſūt fidei recognoſcit: nō dicitur lucere per ſe: ſed lux diuina in eam ſuperueniens ⁊ apparens. Lux ergo in tenebris lucet: dum verbum quod eſt lux ⁊ vita hominū in noſtra natura que tenebroſa eſt lucere nō pe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

finit: eam continēdo ꝛ conſeruando ꝑ na-
turam ꝛ reformando ꝑ gratiam. Notā-
dum eſt autem ꝙ verbum eſt lux hoim:
Primū ꝑ modū obiecti: quia a ſolis homi-
nibus. i. intellectualibus creaturis eſt cō-
ſpicabile. Secundo per modū cauſe effici-
entis: qꝛ ē cauſa noſtri lumis. Tertio for-
maliter: nō in ſe ſed in ſua participatiōe ꝛ
ſimilitudine: qꝛ ipſum lumen quo forma-
liter videmꝰ eſt quedā participatio ꝛ ſimi-
litudo luminis diuini. ſm illud Ps. Si-
gnatū eſt ſuꝑ nos lumen vultus tui domi-
ne. Sed quoniā ipa lux increata omi cre-
ature incōprehenſibilis eſt: ſubdit tertia
clauſula in qua declarat lucis ſubtractio:
cum dicit (ꝛ tenebre eam non cōprehende-
runt) quod exponit Primo ſm Orige. q̄a
nulla creatura pōt comprehendere iſtā lu-
cem. i. intelligere: quid vel q̄lis ſit deꝰ. Il-
lud em̄ intellectu comp̄hendit: quod ꝑ-
fecte ꝛ totaliter intelligit. Scdo exponit ꝑ
allegoriam ſic: Tenebra eſt humanum ge-
nus: originali peccato infectum. Quaſi er-
go ſi aliquis querat. q̄re non omnes illu-
minant cū verbū dei ſit lux: Rn̄det tacite
dicens: Lux q̄ntum eſt de ſe lucet in tene-
bris. i. in humano genere cui oſtendit ſue
veritatis cognitionē ꝑ ſcripturam: ꝑ crea-
turam ꝛ ꝑ p̄ſentiam ſuam: qua mundo vi-
ſibiliter corporalis apparuit in carne aſſū-
pta: ſed tenebre. i. omēs vniuerſaliter pec-
cato obſcurati vel ſpecialiter iudei: eaꝫ. ſ.
lucem ſe offerentē non comprehenderūt
.i. cognitionem eius non acceperunt: q̄a
oclos apire noluerūt: ſe p̄parādo. Chry.
Sicut ſolari radio nō eſt frui non aperie-
tem oclos: ita nec claritate hac participa-
re niſi expandētē vehementer anime ocu-
lum. Hec ille (Fuit homo miſſus a deo)

Tractaturꝰ euāgeliſta de humanatiōe
verbi. Primo ꝑtractat de eius p̄curſore
q̄ miſſus eſt tāq̄ lucifer ante ſolem: vt ho-
mines diſponeret ad lucis inacceſſibilis
verbi ſuſceptionē ꝛ ꝑceptionē. De ioanne
aūt loquens euangeliſta tria declarat: ſcꝫ
eius dignitatem: ꝛ eius vtilitatē: ibi (hic
venit) ꝛ eius a verbo diſtantiam: ibi (non
erat ille lux) Quantū ad Primū dicit (fu-
it homo). ſ. natura humilis: ſꝫ officio ſub-
limis: qꝛ (miſſus a deo) q̄ſi eiꝰ nūcius: ho-
norabilis vocablo: vtpote (cui nomē erat
ioannes) deo. ſ. diſponente ꝛ ordināte. Di-
cit em̄ ioannes idem qd̄ in q̄ eſt gratia.

Eſt aūt ſciendū ꝙ pitiores grāmatici i-
terdū ad oſtētationē ſui igenij p̄termiſſo
cōi vſu excogitāt noua: nō tn̄ meliora vete-
ribus: ſed q̄ iudicio carēt exiſtimāt ꝙ non
bn̄ dicat niſi ꝑ nouitatē. Dicūt igit moder-
ni: cui nomē erat ioāni: q̄ mō loq̄ndi Hie-
rony. q̄q̄ vtit in vita beati Pauli p̄mi ere-
mite: ſꝫ codices ſacri grauitatꝫ cauſa vtun-
tur nto caſu. Dicit ḡ homo ad tollendā
hereticoꝝ ꝑfidiā q̄ dixerūt illū fuiſſe ange-
lum: eo ꝙ dn̄s de ipo introducit illō Ma-
lach. ij. Ecce mitto angelū meū. Sed ho-
mo fuit: vt dicit q̄ntum ad nature condi-
tionē: angelꝰ aūt ibi dictꝰ eſt: aut ꝓpter of-
ficij dignitatē: qꝛ angelꝰ idē eſt qd̄ nūciꝰ et
ille nunciauit chr̄m: aut ꝓpter vite purita-
tem: qꝛ lꝫ homo fuit: tn̄ habuit angelicaꝫ
puritatē. Item dicit homo ad oſtenden-
dum conuenientiā officij eius. Debebat
em̄ de luce increata teſtificari hominibꝰ.
ꝛ ideo debuit homo eſſe cōnaturalꝭ alijs:
vt ſic eum poſſent intelligere. Tertio ho-
mo dicit ad ſubleuandā hominū fiduciā.
Si em̄ hoiem fragilē ꝛ infirmū deꝰ tan-
tū ſublimauit: vt cū ſuū faceret p̄curſorē
nullus hō de ſeipo deſperare debet. Sed
ne q̄s dubitaret huic homi credere: quia
ois homo mendax: iō dicit (miſſus a dō)
vt ex hoc ſm Chryſ. credas q̄cunq̄ dicit
eſſe verba mittentis. Vn̄ angelꝰ dr̄ cuiꝰ
ꝓpriū eſt nihil ꝓpriū dicere. Cū aūt ſm ſā-
ctū Tho. tripl̄r aliq̄s mittat a deo. ſ. ꝑ in-
ſpirationē Eſa. xlviij. Miſit me dn̄s ꝛ ſpi-
ritus ꝑ interiorē inſpirationē: ꝛ ꝑ apertā
viſionē Eſa. vj. Audiui vocē dn̄i dicētē:
quē mittā ꝛc. Et ꝑ prelati miſſionē q̄ gerit
ꝑſonam dei: ſm illud. ij. Co. ij Si cui do-
naui ꝓpter vos in ꝑſona chriſti. Joannes
poteſt dici miſſus duobus primis modis
Cauendus eſt aūt Origenis error. Dicit
em̄ omnes aias ſiꝯ ab initio fuiſſe creatas:
ſꝫ poſtmodū ſm diuerſa merita diuerſis
corꝑibus alligatas. Sic ḡ poſſet q̄s intel-
ligere Joannē miſſum a deo in hūc mun-
dum q̄ſi ꝑus extitiſſet in alio: ſic ꝛ filiꝰ dei
dicitur miſſus i carne. Hic em̄ ſenſus eſt
hereticus: quia humana aīa creādo in-

fundit corpori ꝛ infundēdo creat. Nam de
iacob ꝛ eſau dicit Ro. ix. Cum nondū na
ti eſſent aut aliq̄d egiſſent boni aut mali.
In his em̄ verbis apl'i habet ꝙ anime il-
loꝝ paruuloꝝ ante natiuitatē ſuā nll'a ha
buerūt merita. Dicit ḡ miſſus: qꝛ poſtꝙ
fuit homo natꝰ deꝰ ex ſpūali reuelatione
miſit illū ad p̄dicandū ꝛ baptizandū. Uel
poteſt dici miſſus: non quia p̄fuit i alio
mundo: ſed quia p̄fuit ab eterno in diuina
ꝓuidētia. Fuit ergo magne hūilitatis: q̄a
homo magne auctoritatis: quia miſſus a
deo. magne ſanctitatꝫ/ quia nomē ei erat
ioannes. i. in quo eſt gratia: ſic em̄ interp̄-
tat. Cōpetebat aūt ei hoc nomē Primo:
quia maxime in eo diuina gratia abunda
uit: Luc. j. Spūſancto replebit adhuc ex
vtero matrꝫ ſue. Itē ſecūdo: qꝛ ab ipo in-
cepit tempꝰ gratie. Mat. xv. A diebꝫ io-
annis baptiſte regnū celoꝝ vim patit. Uł
tertio ad oñdendū ꝙ a deo non fuit ꝓter
ſua merita miſſus: ſed ꝓter diuinā grām
ꝛ miſericordiam. j. Coꝛ. xv. Gr̄a dei ſum
id qđ ſum. Deinde euangeliſta declarat
vtilitatem miſſionis ioannis. Dicit ergo
(hic venit) voluntarie obediēdo mittenti
eū a deſerto (in teſti. vt teſti. ꝑhiberet de
lumine). ſ. verbo: ꝗtum ad eius miracu-
loſam cōceptionem ꝛ natiuitatem. Et no
ta ꝙ v̄bum ſupra lucem dixit: hic aūt ap-
pellat lumen: qꝛ lux dicit in ſuo fonte con-
ſiſtens: puta in ſole: ſed lumen vt in alieno
corpore eſt: puta in aere. Et ſimiliter ver-
bum in ſe lux eſt: ſed in hūana natura lu-
men. ꝛ ſic de eo nūc tractat (vt omnes cre
derēt ꝑ illum) Ecce finis ꝛ fructus huius
teſtis ꝛ teſtimonij eius: vt. ſ. omnes homi
nes ſuſciperēt irradiationem veri lumis.
Duplex eſt aūt eius irradiatio vel parti-
cipatio. ſ. ꝑ fidem ꝛ ꝑ apertā viſionem. Et
prima eſt via ad ſecūdā: quia niſi credide
ritis non intelligetis: Eſa. vij. ſm aliā lit-
terā iō dicit vt omnes crederent ꝑ illum.
Nō em̄ ſtatim apte eū cognoſceret. Cre-
derēt inquā per illū/ ſed nō i illū: qꝛ fides
innitit prime veritati que infallibilis eſt.

Sed hic oritur queſtio Manichei: qui
negat oīa teſtimonia ꝓphetaꝝ de chriſto.
Dicit em̄ ꝙ fruſtra ioannes ꝛ alij ei teſti-
moniū perhibēt: quia eſt lumē puriſſimū

lumen aūt ſe ꝛ alia manifeſtat: idō non in-
diget manifeſtari ab aliquo. vnđ videtur
ſupflue dictū/ vt teſtimoniū perhiberet đ
lumine. Sed a ſanctis multiplex aſſigna
tur rō/ q̄re chr̄s voluit a ꝓphetis hr̄e teſti-
monia. Una eſt ſm Chryſ. ꝛ Dionyſiuꝫ.
Quia qđ in ſe clarum eſt ꝛ certum: alicui
poteſt eſſe dubiū ꝛ obſcurū: ꝛ ꝯn̄r indiget
manifeſtari: non ꝓpter ſe/ ſed ꝓpter infir-
mitatem alteriꝰ. Sic ḡ chriſtus non ꝓpť
ſe egebat ioannis teſtimonio vł alterius.
vñ Ioā. v. dicit: Ego teſtimoniū ab hoīe
non accipio. Sꝫ hmōi teſtimonia fuerūt
neceſſaria ꝓpter hūanā infirmitatē cui ipſ
lumen improportionatū erat. Ideoqꝫ q̄-
dam hoīes pre alijs ſunt đ rebus diuinis
illuminati: vt alijs ab eis humano mō cog
nitionē acciperent diuinoꝝ. Et ideo dicit:
vt omnes crederent ꝑ illū. Origenes aūt
aſſignat tres alias rationes. Et prima ē:
Quia lꝫ ipē ꝓpter ſe huiuſmodi non indi-
geat: tamen hoc voluit fieri vt q̄ſdam ho
mines exaltaret. Sicut em̄ deꝰ poteſt oīa
per ſeipſum immediate ꝓducere ſine ad-
miniculo alicuiꝰ creature: et tñ cōmunica-
uit cauſis creatis vt poſſint ꝛ ipē cauſare
ꝛ facere: vt nobilitent creature/ quaſi coa-
gentes creatori. Sic etiā maiorē ſui cog-
nitionē dedit q̄buſdam hominibꝫ: ꝛ per il
los alios ad ſe adduxit ꝛ ſe eis manifeſta-
uit: ꝗuis totum per ſeipm̄ potuiſſet exple
re. Secūda eſt: quia miracula ꝑ que chri
ſtus manifeſtauit ſeipſum mūdo: tempo-
raliter facta tranſierūt ꝛ pauci illa viderūt
Teſtimonia aūt ſcripturaꝝ ſtabilia ſunt ꝛ
ad poſteros ꝑuenerunt: ꝛ hac đ cauſa mi-
racula ſunt adiuncta. Tertia eſt: quia ho-
mines ad fideꝫ conuertendi diuerſimode
diſpoſiti erant. Quidam em̄ per miracl'a:
q̄dam per ratiōes ꝛ argumenta magꝫ mo
uent. j. Coꝛ. j. Iudei ſigna petunt: ꝛ gre-
ci ſapientiam querunt. Ideo chriſtꝰ vtro
qꝫ modo voluit manifeſtari: vt omnibꝰ ꝓ
uideret congruentem medicinā Sed h̄
obijcit contra hoc ꝙ dicitur (vt omēs cre-
derent per illum) quia cum non omēs cre-
diderint: videt ꝙ beatus Ioannes ꝛ de-
us ſint ſuo fine fruſtrati. Sed ad hoc dici
tur ꝙ duplex eſt finis. ſ. in ſe ꝛ in altero. ſic
finis medici in ſe eſt mederi: in altero v̄o ē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſanari. Fruſtrari ḡ fine in ſe dicit imperfe
ctionem: non autem fine in alio. Nam ſic
dicit Phus: non ſemꝑ ſanat medicus: nec
rhetor ſemꝑ perſuadet: ſed ſi nihil omiſe-
rit ỏ contingentib⁹: eum perfecte operatū
dicimus. Teſtimonium ḡ ⁊ doctrina ioā-
nis ordinabat̄ ad hoc vt omnes homīes
in chr̄m crederent: ſed ꝙ non omnes cre-
diderint: fuit ex ſtulticia ⁊ peruerſitate eo-
rum: ⁊ ſic habuit finem in ſe ꝗ̄uis non ī al
tero. Vel dicendum ꝙ finis Ioannis fuit
facere quod in ſe erat: vt omnes crederēt.
⁊ ſimiliter eſt fruſtratus ſecundo: non pri-
mo ⁊ principali. Finis autem dei ab eo vo
litus in miſſione ioannis antecedenter fu
it vt omnes crederent: non autem ꝯſeq̄n
ter. Que autē vult antecedenter: nō ſem-
ꝑ implent̄. Dicit̄ autem quis velle antece
dent̄ illud quod vult ꝗ̄tum in ſe eſt ⁊ ſm
ſuam naturam conſideratū: vt iudex vult
vitam omniū ciuium. Conſequenter autē
vult q̄s illud quod vult omnib⁹ conſidera
tis: vt iudex latronem mori ꝯſiderata ei⁹
malicia. Deinde ponit diſtinctionem int̄
verbū ⁊ ioannem dicens (nō erat ille lux)
.i. ioannes non erat verbū in quē credere
deberent: ſed ſupple miſſus erat (vt teſti-
moniū ꝑhiberet de lumine) i. verbo icar-
nato Sed contra. Videt̄ em̄ ꝙ ioannes
eſſet lux: q2 dicit̄ Matth. v. Vos eſtis lux
mundi. Rñdeo: videmus in corporalib⁹
ꝙ quedam lucent ⁊ lucem habent a ſe: vt
ſol: quedam ꝓo lucent ⁊ lucem habent ab
alio: vt luna. Sic etiam in ſpūalibus vna
lux eſt fontalis ⁊ prima: lucens q̄dem ſed
non illuminata: que eſt deus. Alia eſt ſe-
cundaria ⁊ participata: que eſt in ſanctis.
Sancti ergo dicunt̄ lux inq̄ntum habent
lucem quandā ſpūalem: grām. ſ. et ſapiāz:
ꝑ quam etiam alios illuminant. Magis
ꝓprie tñ dicunt̄ luminaria .i. vaſa lucis cō
tentiua. Unde ⁊ ioannes dicit̄ lucerna Io
an. v. Erat ḡ lux ꝑ participationem: ⁊ nō
erat lux ꝑ eſſentiam. Orig. Lucerna ar-
dens erat: ſed non ꝓprio igne ſuccenſus: ar
debat lucens: ſed non ꝓpria luce lucebat.
ſtella matutina erat: ſed non a ſeipō ꝓpri-
um lumen acceperat: ſed grā ipſius quem
precedebat in eo ardebat ⁊ fulgebat. Hec
ille (Erat lux vera.) Hic agit euangeliſta
de incarnatione verbi: de quo dicit: (erat
lux vera) Eſt autem ſciendum ꝙ verum
aliquando diuidit̄ contra falſum: aliquan
do contra figurale: aliquando contra par
ticipatū vel participans. In mundo ergo
fuit multiplex lux. Prima fuit falſa. ſ. ſciē-
tia mundana: quā habuerunt phī: de qui-
bus dicit̄ ad Romanos. j. Euanuerunt in
cogitationibus ſuis. Alia fuit vera q̄dem
ſed figuralis: vt ſcientia legis ⁊ ꝓphetarū.
Tertia fuit non falſa neq3 figuralis: ſ3 ta-
men participata: vt ſcientia apoſtolorum
Verbum igit̄ eſt lux vera: non falſa neq3
figuralis neq3 participata: ſed per eſſenti-
am ſuam. Item lux vera. i. puriſſima ⁊ cla
riſſima: que omnia reſpicit ⁊ nullis inficit̄
ſordibus. Vñ Auguſtinus. ij. lib. de libe
ro arbitrio. Veritatis ⁊ ſapientie pulcri-
tudo nec peragit̄ tempore nec migrat lo-
cis: nec nocte itercipitur: nec vmbra inclu
ditur: nec corporeis ſenſib⁹ ſubiacet. Cer
nentes ſe mutat in melius: a nullis in dete
rius commutat̄. Hec ille. Vel vera. i. in-
cōmutabilis: quia (vt dicit Auguſtin⁹) ve
ritas eſt incōmutabilis. Id enim ſolū ve
re eſt quod incōmutabile eſt Eſt autem
notandū ꝙ lux corporalis eſt ṗncipiū ge-
nerationis in iſtis iferiorib⁹: quia radius
ſolaris ſm Diony. ad generationē corpo
rum viſibiliū confert: ⁊ ad vitam ipā mo-
uet: nutrit ⁊ auget. Secundo eſt ṗncipiū
manifeſtationis omniū viſibiliū. Vnd ad
Epheſios. v. Omne quod manifeſtat̄ lu
men eſt. Unde ⁊ omnis color in lumine. i.
per lumen videtur: ſm Phm. Tertio eſt
principium pulcritudinis omniū corpoꝝ.
Pulcritudo enim conſiſtit in debita pro-
portione partium: ⁊ claritate decenter ſu-
perfuſa. i. ſm conuenientem colorez. Sic
etiā lux ſpūalis. i. diuinum verbum vel di
uina ſapientia: eſt ṗncipium ⁊ cauſa quare
aliq̄d ꝓducit̄: Ps. Omnia in ſapientia fe-
ciſti. Et quare aliquid ſcitur ⁊ manifeſta
tur: ſm illud Ecci. j. Fons ſapientie verbū
dei in excelſis. Et quare aliquid decorat̄.
Vñ Dionyſius dicit ꝙ deus dr̄ pulcritu-
do ſicut oīs conſonantie ⁊ claritatꝭ cauſa.
(Que illumīat omnē hoīem venientem ī
hunc mundū.) Omne enim quod eſt per
participationem deriuat̄ ab eo quod eſt ꝑ

eſſentiam. ſicut omne quod eſt ignitum ē
ignitum/ ab aliquo qḋ eſt ꝑ eſſentiā ignis.
Quia ergo verbum eſt per eſſentiam lux:
oportet ꝙ omne lucens luceat per eius ꝑ-
ticipationem: ⁊ ideo verbū illuminat oēm
hominē. Eſt autem notandum ꝙ Ori-
genes hic diſtinguit triplicem mundum
.ſ. ſuperiorem: qui eſt ſubſtantiarum ima
terialium. inferiorem: qui eſt corporeoꝝ.
⁊ medium: qui eſt hominum ex corpore ⁊
ſpiritu compoſitorum. Poteſt autē addi
quartus: qui eſt peccatorum rebus mun-
di fruentiū/ de quo quarto dicitur. j. Joā-
nis. ij. Omne quod in mundo eſt: concupi
ſcentia carnis eſt: aut concupiſcētia oculo-
rum: aut ſuperbia vite. Item Joānis. xvj
Plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autē
gaudebit. In primū venit homo ꝑ contē
plationem vł ſpūalem generationem. In
ſecundum per generationem carnalē. In
tertiū viuendo ſcḋm rationē. In quartū in-
herendo creature per inordinatū amorē.
Si ergo quod hic dicit̄ intelligat̄ ḋ aduē
tu hominis in primū mundū: ſic pōt du-
pliciter exponi. Primo. ſ. de homie venie
te in ſuperiorem mundū per baptiſmi re-
generationē: ⁊ talis illuminat̄ niſi ponat
obicem ſeu fictus accedat: quia recipit lu
men grē. ſic exponit Orig. Scḋo vt venit
in illū ꝑ contemplationē: ſic per homines
intelligunt̄ mentes. Mens enim homis
cū ſit principale in eo / dicit̄ totus homo
ſicut rex totum regnū: ⁊ vnūquodqꝫ dici-
tur eſſe illud quod eſt principale in eo: ſm
Phm. ix. ethicoꝝ. Tunc autem precipue
mens a deo illuminat̄: cum aſcendit in cō-
templatiōnē diuinorū. ij. ad Corinth. iij.
Nos aūt reuelata facie ⁊c. Si aūt intelli-
gatur de aduentu in ſecundū mundū/ ſic
poteſt exponi tripliciter. Uno modo vt in-
telligat̄ de illuminatiōe naturali. Omnis
eñ homo qui naſcit̄ in hoc mūdo ab eter
na luce recipit lumen intellectus vel ratio
nis. Alio modo vt intelligat̄ ḋ gratuita.
Omnibꝫ eñ hoibus quātū in ſe eſt/ lumē
infundit: ꝗuis nō omnes illud recipiant.
Dionyſius. ij. eccłiaſtice hierar. Semꝑ in
tellectualibꝫ vultibꝫ: diuinū expanſum eſt
lumen: noſtrūqꝫ eſt recipere vel nō recipe

re de lumine ſibi pſente. ⁊ iſto modo expo
nit Chryſ. Tertio itē exponit̄ de lumi-
ne grē: vt ſit accōmoda diſtributio: ⁊ ſit ſē
ſus ꝙ predicta lux illuminat lumie gratie
omnes qui illuminant̄. Licet ergo non il
luminent̄ omnes: tamen nullus illumina
tur niſi per hoc lumen. hec aūt eſt expoſi-
tio Auguſtini. Et ponit exemplū de ma-
giſtro qui docet omnes pueros ciuitatis:
non qꝛ oīes pueri doceant̄: ſed quia nul-
lus niſi per ipm docetur. Si autem itelli-
gatur de aduentu hominis in tertiū mū-
dum: ſic exponit Ambroſius de viuentibꝫ
modo humano rationabiliter ſic dicens:
Illuminat illū ꝙ ad imaginem ⁊ ſimilitu-
dinē dei viuit: ꝙ ſe hoiem eſſe cognoſcit vt
refugiat equoꝝ libidinē: ferarū rabiē: le
puſculoꝝ formidinē: vulpium fraudē: ra-
pinam lupoꝝ. Hec ille. Poteſt etiā expo-
ni de aduentu in quartū mundū. ſ. i pecca
tum. Tales eñ ceci ſunt/ indigētes lumie
non vt intrent talē mūdū: ſꝫ vt ide exeāt ⁊
itrēt ad pmū mūdū vł ad ſcḋm vel tertiū
Ad hos aūt illuminādos ſpūalr chrs ve
nit Matth. ix. Non veni vocare iuſtos: ſꝫ
peccatores ad penitentiā. Sed ſi ꝙ non il
luminant̄ inexcuſabiles ſunt: quia iſta lux
vera eſt: ⁊ illuminat ꝗtū eſt de ſe oēm ho
minē venientē in hunc mundū. Unde ad
maiorē expreſſionē inexcuſabilitatis eorū
ꝙ non illuminantur/ ſubiungit̄ (in mundo
erat) quaſi diceret. Hoc viſibile pſens eis
aderat. Poſſet eñ aliquis dicere: Si lux
illuminás eſt: quomō illuminat: cum nō
omnes illuminent̄ lumine ſuo: Et reſpō-
det: qꝛ debuerant cognoſcere (Nam i mū
do). i. in vniuerſitate condita (erat) etiā aū
incarnationē. ſ. ꝑ pſentiā ſue diuinitatis:
⁊ potentiā: regendo ⁊ gubernādo mundū
nō vt pars mūdi: ſed vt factor eius. Un
de erat in mūdo vt in ſpeculo ſuo: vt i do-
mo ſua: vt in opere ſuo (Et mundꝰ ꝑ ipm
factus eſt) Hoc dicitur/ quia iſta eſt cauſa
ꝙ in mundo eſſet: quia mūdus per ipſum
factus eſt. Semꝑ eñ cauſa debet eſſe cō-
iuncta effectui: ſi eſt cauſa in fieri ⁊ in eſſe.
Uł hoc dicit ne aliquis ex hoc ꝙ dixerat
lucem eſſe in mūdo crederet ꝙ ab eterno
in mūdo fuiſſꝫ. Si eñ mūdꝰ factꝰ ē poſt-

ꝙ.ſcz nō fuit/habet initiū: nec erat lux in
mūdo ab eterno:ſz poſtq̄ factus eſt mū-
  Et notandū eſt ꝙ cū dicit ꝑ      (dus.
ip̄m/quin ꝙ poſſunt notari: rōne huius p̄
poſitiōis per.ſ. Idētitas opationis ī pa
tre ⁊ filio. Diſtinctio pſonalis vtriuſ ꝙ.
Auctoritas in p̄re reſpectu filij:cauſa effi
ciens in filio reſpectu facture: ⁊ cauſa exē
plaris. Quāuis aūt ſic cognoſcere potue
rint:tn̄ noluerūt.vn̄ ſubdit:(Et mūdus)
mundi amatores ſm Greg. ⁊ Auguſti. et
Chryſ.vel ſm Orige. mūdus.i. homies
mūdū inhabitātes (eum)ſcz eſſe creatorē
⁊ redemptorē mūdi(nō cognouit.)cogni-
tione ſpeculatiua :quia nec ꝑ ſcripte legis
ſymbola:nec per viſibilis creature paradi
gmata:vt dicit Orige. Nec cognitōe pra
ctica:ſiue per affectū:qꝛ cum deum cogno
uiſſent/nō ſicut deū glorificauerūt:Ro.j.
  Et nota ꝙ licz philoſophi cognouerint
deū naturaliter:tamen myſteriū trinitatꝫ
ignorauerūt:⁊ ꝯſeq̄nter verbi pſonā ſimi
liter. Quia ergo in mūdo exiſtens ꝑ diui
nitatē nō eſt agnitus:idō(in ꝓpria venit:)
ꝑ aſſumptionē humanitatis: in ꝓpria in-
quā p̄mo.i.in mūdū : qui ab eo factus eſt
ſm Orige. Vel ſcd̄o in ꝓpria.i.inter iude-
os ſm Chryſ. qui fuerūt dei populus pe
culiaris.⁊ dicunt eius ꝓprij ratōe electio-
nis in Abraā:rōne redemptiōis ab egy-
pto:rōne dationis legis:rōne cultus ſpe-
cialis:rōne miſſionis filij: q̄ nō eſt miſſus
niſi ad oues q̄ perierāt domus iſrl':Mat
thei.xv. Vel tertio in ꝓpria venit.i.in na-
turā humanā:quā cōdidit ⁊ aſſumpſit(⁊
ſui).i.quicū ꝙ homines:qui ſunt ſui crea-
tione:(cū nō receperūt (ſcz in carnis infir-
mitate miraclis coruſcantē: nō receperūt
inquā ꝑ fidē. Vel ſui:id eſt iudei vl' eius
cognati eū nō receperūt:ſicut Meſſiam ⁊
creatorē ſuum: imo offenderunt/eiecerūt
⁊ occiderūt:ſm Chryſ. Vel nō receperūt
per amorē: quia gratie obicem poſuerūt.
Quia tamē nō oēs eum repulerunt:ſed
quidā receperūt per fidē ⁊ amorē:ſubdit:
(Quotquot aūt)id eſt omnes cuiuſ ꝙ ſe-
xus vel ꝯditiōis vel etatis vel ſtatus vel
gentis:qui receperūt eum.)ſcilicz intelle-
ctu ꝑ fidem: ⁊ in affectu per amorez :(de-
dit eis poteſtatē filios dei fieri) Ad cuius
euidentiā ſciēdū eſt/ꝙ filij dei dicunt ali-
qui per aſſimilationem ad deū. Eſt autē
triplex aſſimilatio ſpiritualis hois ad de
um. Una quidem eſt in preſenti vita per
infuſionem gratie: qua adoptamur in dei
filios.ad Rom. viij. Nō accepiſtis ſpūm
ſeruitutis iterum in timore ⁊c̄. Alia eſt ꝑ
operꝫ perfectionē:Matth. v. Diligite ini
micos veſtros:benefacite his q̄ oderunt
vos:vt ſitis filij patris veſtri. Alia eſt ꝑ
adoptionē glorie que perficit in beatis: ⁊
q̄ntuz ad animā:quia vt dicit.j. Joan.iij.
Cum apparuerit/ſimiles ei erimus:qꝛ vi
debimus eum ſicuti eſt. Et q̄ntū ad cor-
pus:quia reformabit corpus humilitatis
noſtre:ad Phil.iij. Si ergo loquamur d̄
poteſtate qua quis poteſt fieri dei filius
per gloriam ⁊ perfectas operationes:iſta
verba non habēt difficultatem :quia iſta
poteſtas eſt gratia:qua habita poteſt fa-
cere homo opera meritoria: ⁊ ꝯſequenter
adipiſci gloriā. Si vero loquamur de fi-
liatione per gratiaz inſurgit dubitatio:qꝛ
gratia nō eſt in noſtra poteſtate:vt videt/
loquendo de poteſtate nature.loquendo
autem de poteſtate gratie /tunc hoc ipſum
quod eſt habere talē poteſtatē: ſcz gratiā
eſt eſſe filios dei. Ideo dicendum eſt ꝙ iu
ſtificatio per gratiaz que fit in adultis:re
quirit motum liberi arbitrij ⁊ conſenſus.
Et quia in poteſtate hominis eſt vt ꝯſen
tiat:ideo dedit eis poteſtatē filios dei fie
ri. Dedit igitur poteſtatē ſuſcipiēdi gra
tiam dupliciter. Uno modo gratiā p̄pa-
rando ⁊ hoib' ꝓponendo:ſicut qui facit li
brū ⁊ ꝓponit homi ad legendū:dicit dare
poteſtatē legendi. Gratia autē eſt facta ꝑ
chr̄m ⁊ nobis ꝓpoſita: non quaſi ſeorſum
ab aīa chr̄s gratiā creauerit cum ſit acci-
dēs:qd̄ in ſubſtātia creat vel poti' ꝯcrea
tur:ſed qꝛ inſtituit ſacramenta q̄b' grā in
nobis fit. Vn̄ grāz fecit duplicit. Primo
quaſi remouēdo ꝓhibēs.i. placando deū
ſicē medicina facit ſanū q̄ remouet malos
humores. Et ſcd̄o fecit eā in ſua cauſa.i.
in ſacr̄is. Alio mō mouendo liberꝫ arbitri
um ad ſuſceptionē grē :iuxta illd̄ Thren.
vl. Cōuerte nos dn̄e ad te ⁊ ꝯuertemur:ꝙ

dicat ip̄a oblata bona recipe nō valemus
niſi ea recipe largiaris. Iſta poteſtas nō
eſt ip̄a grā gratū faciens: ſed eſt inuitatio
⁊ motio: ſeu vt ita dicā adiuuatio ad gra
tiam ꝯſequendā. Iſta aūt duo deus oībꝫ
quantū in ſe fuit exhibuit: ſed quidā non
ꝯſenſerūt motiōi diuine. Vn̄ dic̄ Chryſ.
Nō dicit euāgeliſta: fecit eos filios: quia
opus eſt ſtudio noſtro. Hec ille (Dedit ꝗ
eis poteſtatē filios dei fieri) ꝑ grām ado-
ptionis: qđ eſt magne dignitatis. j. Ioā.
iij. Videte qualē charitatē ⁊c̄. Itē magne
vtilitatis: qꝛ ſi filij ⁊ heredes Ro. viij. (his
q̇ credūt in nomīe eius). i. in re ⁊ virtute
nominis eius: qđ eſt emanuel: ſm̄ glo. ſcꝫ
his q̇ credūt chr̄m eſſe vex̄ deū ⁊ vex̄ ho
minē. His inq̄ꝫ data eſt hec poteſtas. Et
lꝫ ſint multi alij articuli quoſ opꝫ credē
re: iſte tn̄ ſpecialiter facit filios dei. Con-
gruū em̄ eſt vt q̇ credunt filiū dei eſſe filiū
hominis: ꝓpter dignitatem ſue nature
quā in illo adorāt: fiāt filij dei ꝑ adoptio-
nē. (Qui nō ex ſanguinibꝫ) ſupple nati ſūt
filij ꝑ adoptionē. Grāmatice aūt loq̄ndo:
ſanguis nō habet plurale: pluraliter tn̄ di
cit ex ſanguinibꝫ: qꝛ in greco habet plura-
le: vel vt oñdat ꝙ plura ꝯcurrunt materi-
aliter. i. plura materialia ad generatiōem
carnalem. Concurrit em̄ ſemen maris et
femīe: lꝫ vnū hox̄ ſm̄ ph̄m ſit materia ex
qua fit proles. ſ. ſemē vel ſanguis femine.
aliud aūt lꝫ ſit q̇d materiale: tn̄ nō eſt cau
ſa materialis: ſed eſt cauſa efficiēs prima.
Vn̄ in hoc oſtendit ꝙ ſpūalis filiatio nō
cōuenit cum carnali in cauſa materiali: et
ꝯſequēter ꝙ nec in cauſa motiua: cū ſub
iungit (nec ex voluntate carnis) Aug᷒. i.
ex ꝯcupiſcētia mulieris: q̄ debet eſſe ſub-
iecta homī: ſicut caro ſpūi. Et dicit̄ muli
er ſm̄ aliq̄s caro: qꝛ ꝓ̄ma. i. Eua formata
eſt de carne. i. coſta viri. Gen̄. ij. (Nec ex
voluntate viri) i. ex ꝯcupīa virili. Orige.
Carnis noīe femineū: viri ꝟo noīe maſcu
linū deſignauit habitū. Hec ille. Appeti-
tū ꝟo omnē vocat voluntatē. Et iſto mo-
do ꝯcupiſcētia carnalis tā viri q̄ꝫ mulie-
ris dicit̄ volūtas. Scūs Tho. aūt vult
ꝙ ꝑ hec duo intelligant̄ duo principia ſeu
motiua ad carnalē generationē: que ſunt:
voluntas ⁊ appetitus ſenſitiuus: quox̄ ꝓ̄-
mus dicit̄ voluntas viri: ⁊ ſecūdus volun
tas carnis. Sed ſiue ſic ſiue ſic intelligat̄
ex his non naſcimur filij dei: ſicut nec ex
ſanguinibꝫ (ſed ex deo nati ſunt) id eſt diui
na virtute ⁊ opatione. Unde ly ex nō di-
cit cauſam materialē ſꝫ effectiuā: q̄ eſt di-
uina virtus: filios dei efficiēs ꝑ baptiſmi
regenerationē: ꝑ fidē ⁊ internā inſpiratio
nem. Vel dicit cauſam exēplarē. i. ex deo
nati ſunt ꝑ imitationeꝫ. Sicut em̄ dicit ſ.
Thomas ly a: denotat ſemꝑ cauſam mo
uentē: ⁊ intellige qn̄ dicit cauſam ⁊ nō ꝓ̄n
cipiū motus. Et ly de: cauſam materialē
⁊ effectiuā ꝯſubſtantialem: quia dicimus
fabrum facere cultellū de ferro: ⁊ patrem
generare filiū de ſeip̄o: qꝛ. ſ. aliq̇d ſui con-
currit aliquo modo ad generationē filij.
Et ly ex: cauſam materialē ⁊ efficientem:
nō tamē ꝯſubſtantialem: ⁊ intellige neceſ
ſario: licꝫ aliquādo eam poſſit dicere: qꝛ fi
lius dei proceſſit ex patre. Igitur viri iu-
ſti dicuntur nati ex deo: quia non ſunt de
eius ſubſtātia: ſed de filio naturali ſingu-
lariter dicit̄ ꝙ de deo patre nat᷒ eſt. Hec
ex illo. Ex his aūt verbis arguūt hereti-
ci ꝙ generatio hoīm non ſit a deo. Nam
vt dicunt filij dei nō naſcunt̄ ex ſanguini-
bus: id eſt ex cōmixtione ſeminis materi-
alis ⁊ femine: ſed filij diaboli. Ex hoc aūt
arguūt ꝯſeq̄nter ꝙ matrimoniū ſit pecca
tum. Sꝫ error iſte procedit ex manifeſta
ignorātia. Ioānes em̄ facit diſtinctiōem
inter carnalē ⁊ ſpūalem generationē: vt ꝓ̄
ferat ſpiritualem carnali. quia ſpiritualis
eſt a deo īmediate. carnalis ꝟo mediante
cōmixtione maris ⁊ femine. Non aūt ſeq
tur ꝙ ſi ſint iſte due generationes alio et
alio modo ꝙ ꝓpter hoc vna ſit a deo alia
a diabolo. ſed vtraq̄ eſt a deo: vna tamē
īmediate: alia ꝟo mediantibꝫ cauſis ſecun
dis: id eſt maſculo ⁊ femina: quibꝫ deus
virtutem generatiuā contulit ⁊ ꝯſeruat.
(Et verbum caro factum eſt) Hic docet
euangeliſta modum quo verbuꝫ venit ad
nos ne alicui incredibile videretur ꝙ nos
ſumus effecti filij dei. Origenes. Si fili᷒
dei factus eſt homo: quid miruꝫ ſi homo
credēs in filium dei: filius dei futurus ſit
Hec ille. Verbum ergo quod erat in ꝓ̄n-
cipio apud deū (caro factum eſt) id eſt ve-


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rus hō ꝑ ſynecdochen. Vł' ſm Chry. ſub
iūgit (⁊ ꝟbū caro factū eſt) Ad oſtēdendū
ꝙ ꝟbū habꝫ ꝑtātē: vt det ꝑtātē filios dei
fieri. Sed cū ꝟbum dei ſit incōmutabile:
quō pōt in eo intelligi aliq̄ factio: vt dica
tur caro factū: Ad h̄ dī ꝙ debet ſic expo-
ni lr̄a (Verbū caro factū eſt). i. factū ē vt
ꝟbū eſſet caro ſeu verꝰ hō: nō qꝛ deitas ſit
ꝯuerſa in humanitatē vel ecōuerſo. ſed qꝛ
deitas traxit humanitatē ad participatio
nē ſui eē. ſicut ⁊ aīa trahit cibū dādo ei eē
humanū: inq̄ntū facit cibū eſſe carnē hūa
nā vel os ⁊ hmōi. Vel ꝟbū caro factū eſt
.i. carnē aſſūpſit: ſicut hō fit albꝰ ꝑ aſſūpti
onē albedinis. Verbū igit̄ caro factū eſt:
nō ꝑ ſui mutationē: ſꝫ ꝑ carnis aſſūptiōēꝫ
ita ꝙ factio nō ponit mutationē i ꝟbo: ſed
in aſſumpta natura. Dicit̄ eñ ꝟbum caro
factū ꝑ vnionē ad carnē: vnio āt eſt rela-
tio: relatiōes aūt noui t̄ dicte de deo ꝑ re-
ſpectū ad creaturas n̄ importāt mutatio-
nē ex ꝑte dei: ſed ex ꝑte creature nouo mō
ſe habētis ad deū (Et habitauit i nobis)
id eſt in nr̄a natura: ſm Chryſ. ⁊ Hilar.
ſcꝫ habitu inuentꝰ vt hō. Et in h̄ notant̄
tria. Primo diuine ⁊ humane nature di-
ſtinctio ꝑ h̄ ꝙ dicit̄ in nobis. i. in natura
noſtra. Qḋ eñ inhabitat aliq̄d diſtingui
tur ab eo qḋ inhabitat̄. Sed ꝟbū diuinū
īhabitat naturā humanā in chrō: qꝛ i ipō
habitat plenitudo diuinitatꝫ corꝑalr̄. Col.
ij. Ergo natura ꝟbi ſm quā eſt deꝰ rema
net diſtincta a natura hūana/ ſm quā eſt
hō. Et in h̄ excludit̄ error eoꝝ q̄ dixerūt
aliq̄d ꝟbi i carnē ꝯuerſum: ſicut cū ex fa-
rina fit panis: ⁊ ꝯſeq̄nt̄ naturas eſſe ꝑmi
xtas. Et eoꝝ q̄ dixerūt naturā diuinā cō-
uerſam i humanā. Cū eñ credamꝰ aīam
icorporeā vniri corꝑi: ita ꝙ ex his fiat ve
re vnū: ſilr̄ credere debemus ſubam diui-
nā icorporeā vniri aīe ⁊ carni: ita ꝙ ex tri
bus ſubſtātijs .ſ. dītate: aīa ⁊ carne ſit vnꝰ
chrūs. ita tñ ꝙ nec natura dītatꝫ ꝯuerſa ſit
i aniam vł' carnē: nec ecōuerſo. ſicut nec ca
ro in aīam: neqꝫ aīa i carnē ꝯuertit̄: nec
ābe nature itelligant̄ ꝯſtituere vnū tertiū
diſtictū ab vtriſqꝫ. Scḋo notat̄ nature
diuine imꝑmutatio in hoc qḋ dicit̄/ ⁊ ha
bitauit: qꝛ habitare dicit̄ ab habitu ſm
aliq̄s. Vel ſaltē iſta habitatio fuit per h̄
ꝙ habitu eſt chrūs inuētus vt hō. Habitꝰ
aūt nō mutat habentē: ſed ecōuerſo. qꝛ ha
bitus ꝑticipat formā habentis: ⁊ nō ecō-
uerſo. Sic q̄dammō ſe habet in iſta beata
vnione verbi ad naturā humanā. Ipſa ei
eleuatur ad participandū eſſe ſuppoſiti e-
terni. ipō tamē ſuppoſito immutabili ꝑ-
manēte omino. Tertio notat̄ vnionis ꝑ-
petuitas: ꝑ hoc ꝙ dicit̄: ⁊ habitauit in no
bis. Semꝑ eñ (vt dicit Chryſ.) filiꝰ dei
hoc tabernaculū inhabitauit: ita ꝙ etiam
in mortis triduo verbū diuinū remanſit
ꝑſonalr̄ vnitū illi hrē anie exiſtēti in infer
no: ⁊ etiā corꝑi iacenti in ſepulcro. Nunqꝫ
eñ verbū diuinū reliq̄t ſubſtātiales ꝑtes
humane nature. Vel habitauit in nob. i.
inter nos apl'os familiarit̄ ꝯuerſatꝰ ē. Qḋ
tḋo addit̄: vt oñdat̄ mirabil' ꝯdeſcēſio filij
dei ad hoies inter q̄s ſic ꝯuerſatꝰ eſt: vt vi
deret̄ q̄ſi vnꝰ ex illis. Non ſolū eñ voluit
hoibꝰ aſſimilari in natura: ſed etiā in ꝯuer
ſatione ⁊ familiari ꝯuictu: abſqꝫ tñ pctō:
vt ſic hoies dulcedine ſue ꝯuerſatiōis al-
lecti ad ipm ꝯuerterent̄. Eſt āt circa illā
ſententiā: verbū caro factū eſt: multiplex
error deuitandꝰ ſm diuinas ſcripturas:
⁊ fidei chrīane ſniam. Primꝰ eſt Eutice-
tis: q̄ dixit diuinā ⁊ humanā naturā ſic in
chrō fuiſſe cōmixtas: vt eadē fuerit natu-
ra dei ⁊ hois: acſi verbū vel aliq̄d eius ſit
ꝯuerſum in carnē ⁊ nō aſſumpſerit carnē.
ꝯ illud: Ego deꝰ ⁊ nō mutor: Malach. iij
Scḋs eſt Arrij. q̄ lꝫ nō crediderit verbū i
carnē mutatū: ſed ꝙ eā aſſumpſerit: tñ di-
xit ꝙ aſſumpſit carnē ſine aīa: loco cuius
anie ibi erat verbū. ꝯtra illḋ Matt. xxvj.
Triſtꝫ ē aīa mea ⁊c. Tertiꝰ fuit Apolli-
naris: q̄ dixit verbū aſſūpſiſſe aīam: ſꝫ ſen
ſitiuā tm̄ ⁊ nō intellectiuā: loco cuiꝰ i cor-
pore chrī dixit eſſe verbū. ꝯtra illḋ Mat.
viij. Miratꝰ eſt ieſus: qḋ nec in diuinita-
te nec in aīa ſenſitiua nec i carne chrī inue-
niri pōt. Iſte aliq̄ñ ſecutꝰ eſt Arriū: ſꝫ ꝓpt̄
auctoritates coactus eſt in chrō aliquam
animā ponere. Preterea chrūs ſm hoc nō
aſſūpſiſſet carnē humanā: quia ſicut non
eſt caro ſine aīa: ita nō eſt caro humana
ſine aīa hūana: q̄ eſt intellectiua. Sed con
tra. Si eñ aſſumpſit carnē ſic animataꝫ:
quare euāgeliſta mentionē nō facit d̄ ani-

ma intellectiua. Rn̄deo. Primo vt oſten⸗
deret veritatē incarnatiōis: ꝯ manicheos
dicētes ꝟbum aſſumpſiſſe carnē phanta⸗
ſticā tm̄. Scḋo vt oſtenderet maiorē di⸗
gnationē dei aſſumentꝫ nō ſolū aiaꝫ rōna⸗
lem: verꝫ etiā carnē magis a ſe diſtantem.
Tertio vt oſnderet veritatē ⁊ ſingularita
tem vnionis in chriſto: qꝛ in alijs hoibus
vnit deꝰ ꝗtū ad animā ſolū. Quarto vt
oſnderet ꝯgruitatē humane reparatiōis:
qꝛ hō ꝑ carnem infirmabat. Sed cōtra:
Si ꝟbū caro factū eſt qꝛ carnē aſſumpſit:
q̄re nō dixit euāgeliſta: verbū carnē aſſū⸗
pſit: ſed caro factū eſt? Rn̄deo: vt exclude
ret errorem Neſtorij dicentꝫ in chr̄o fuiſſe
duas ꝑſonas ⁊ duos filios. ſ. dei ⁊ ꝟginis:
q̄ ſi eſſet verus: falſa eſſet hec / deꝰ factꝰ ē
hō: qꝛ impoſſibile eſt alterꝝ duorꝝ ſingula
rium diuerſorꝝ ſuppoſito p̄dicari de alte⸗
ro. ⁊ iſte eſt quartꝰ error. Quintꝰ eſt eorꝝ q̄
non intelligētes modū incarnationis / di⸗
xerunt in chr̄o eſſe q̄dem vnam ꝑſonā dei
⁊ hois: ſed duas hypoſtaſes vel duo ſup⸗
poſita. ſ. humanū tp̄ale: ⁊ diuinū eternū.
Sed ſm̄ hoc iſta ſaluari nō pōt / deus fa⸗
ctus eſt hō: ⁊ iſta / homo factus ē deus. et
iō hec opinio damnata eſt in q̄nto concilio
(Et vidimꝰ ⁊c̄) Hic euangeliſta declarat
diuini ꝟbi excellentiam. Continuat āt iſta
ꝑs ad p̄cedentia: vt ſit q̄ſi argumentū eiꝰ
qḋ dixerat ꝟbum caro factum eſt. q. d. Ex
hoc ſcio qḋ ꝟbum dei eſt incarnatum: q̄a
ego ⁊ alij apl̄i (vidimꝰ gl̄iam eius.) Cum
aūt de q̄buſdam homibꝫ legit ꝙ apparue
runt gl̄ioſi: ſic̄ de moyſe dꝛ Exo. xxxiiij. ꝙ
facta eſt facies eius ſplendida: vel cornu⸗
ta ſm̄ aliam lr̄am. poſſet aliq̄s dicere ꝙ ex
hoc non pōt argui ꝙ ille homo fuerit fili⸗
us dei / qꝛ glorioſus apparuit. iō ſubiungi
tur (gl̄iam quaſi vnigeniti a p̄re.) acſi di⸗
cat: Gl̄ia eius non eſt quaſi angeli vł moy
ſi vel helie aut heliſei ſed quaſi vnigeniti.
Eſt aūt hec gl̄ia quā ioannes ⁊ q̄dam alij
viderūt / ſingularis: ⁊ eius ſingularitas cō
ſiſtit in quatuor. Primo ī teſtimonio pa
tris: qḋ reddit filio in mōte thabor. Se⸗
cundo in ſubiectione angelorꝝ miniſtran⸗
tium ſibi Mat. iiij. cum añ homines eēnt
angelis ſubiecti. Tertio in obedientia to
tius nature. Matt. ix. Qualis eſt hic: q̄a
mare ⁊ venti obediunt ei. Quarto in mō
docendi vel operandi: qꝛ loquebat tanq̄
dominus ⁊ ptātem habens Mat. v. Ego
aūt dico vobis. Vñ in fine illius ſmonis
dicit ꝙ erat docens: quaſi poteſtatem ha
bens. Moyſes aūt dicebat: Hec dicit do
minus. Item faciebat ꝓpria auctoritate
miracula. Mat. j. Quenam eſt hec noua
doctrina: qꝛ ſpiritibꝫ ⁊c̄. Illḋ aūt quaſi nō
eſt nota ſimilitudinis: ſed eſt expreſſiuum
veritatis. Et eſt ſimile ſm̄ Chryſ. ſic̄ ſi ali
q̄s vidiſſet regem cum multiplici gloria in
cedentem: ⁊ interrogatus ab aliquo qua
lis rex iuiſſet: volens totam illam multi⸗
plicem gl̄iam breuiter aperire vnico ſmo
ne explicaret dicens / ꝙ ipſe icederet ſicut
rex. i. ſic̄ regem decebat. Et ita facit euan⸗
geliſta de verbo incarnato: qꝛ non valens
gloriam eius exprimere / dicit eam fuiſ⸗
ſe quaſi vnigeniti. i. ſicut decebat vnigeni
tum dei patris. acſi dicat: Ita vidimus eū
ſanctitate vite pollere: doctrina p̄clara et
gl̄ioſiſſimis miraculis coruſcare: ſic ī mor
te ſua celeſtia corpora imutare: ſic victo⸗
rioſe a mortuis reſurgere: ſic mirabilit̄ ad
celos / imo ſup omnes celos ſua ꝟtute cō⸗
ſcendere: ſic deniq̄ in miſſione ſpūſſcti cor
da diſcipulorꝝ plena cognitiōe ꝟitatis illu
ſtrare: vt nullus niſi inſanꝰ dubitare poſ⸗
ſit ipſum fuiſſe verū filiū dei: vnigenitum
ſingulari ⁊ ineffabili gl̄ia decoratū. Vnḋ
ſubiungit adhuc de iſta gl̄ia dicens: Vi⸗
dimus inquā (Plenum gratie ⁊ ꝟitatis.)
Qḋ exponit primo ſm̄ Bedam ⁊ Orig.
ſic: Plenum gr̄e q̄ntū ad humanitatē: et
ꝟitatis q̄ntū ad diuinitatē: que eſt ꝟitas
prima ⁊ puriſſima. Secundo ſic: Plenū
gratie ī affectu: qꝛ plenus fuit chariſma⸗
tibꝫ ſpūſſancti ⁊ veritatis intellectu: quia
ab inſtanti conceptionis habuit ſcientiam
diuinā ⁊ humanā. Vel plenum gr̄e: vt re⸗
mittat peccata: ⁊ veritatis: vt impleat ꝓ⸗
miſſa. Vel poſſunt quarto ſm̄ ſctm̄ Tho
mā iſta verba exponi d̄ vnione ꝑſonali hu
mane nature ad ꝟbum diuinū: ⁊ de perfe
ctione anime eius et de capitis dignitate.
Quantū eīm ad primū fuit chriſtꝰ plenus
gratia Ad hoc eīm alicui datur gratia: vt
vniatur deo ꝑ illam. Tūc ergo aliq̄s gra⸗
tia plenꝰ eſt: quādo perfectiſſime deo vni⸗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur. In chriſto autē eſt vnita humana natura nature diuine in vnitate ſuppoſiti. Et ideo eſt inuenire ibi plenā ꝛ pfectā ꝯiunctionē ad deum: qꝛ talis fuit illa vnio vt om̄es actus tam diuine ꝙ̄ humane nature eſſent actus eiuſdē ſuppoſiti ſeu pſone. Fuit ergo plenus gratia chr̄s ſm humanitatē: inquantū hoc ſingulare donum ex mera gr̄a nullis p̄cedentibꝫ meritis accepit vt eſſet illa natura in perſona filij dei. Fuit etiā plenus veritate: qꝛ humana natura in chriſto puenit ad ipam veritatem diuinā ratione vnionis pſonalis: ita vt veraciter dicatur ꝙ ille homo demonſtrato chriſto eſt veritas pma. Vn̄ dicit̄ Col. ij. ꝙ in ip̄o ſunt om̄es theſauri ſapiētie ꝛ ſcientie dei abſconditi. Nec miruz: qꝛ vt ibi poſt pauca ſubdit̄: In ip̄o habitat plenitudo diuinitatis corpaliter. Et ſilr̄ ꝙ̄tuz ad ſcd̄m fuit plenus gr̄a inꝙ̄tū eius aīa fuit plena gratia: q̄a om̄ia dona ſpūſſancti accepit abſqꝫ menſura: Joan. iij. Non em̄ ad menſuraz dat deus ſpūm. Et ſicut dicit Aug⁹. ſicut in ſinglis membris corporis eſt vnus ſenſus cōis. i. tactus. in capite ꝟo ſunt omnes. ita om̄es gratie ſunt ſupabūdanter in capite chriſto: in alijs ꝟo ſanctis eſt vnum cōmune donū gratuitū: id eſt charitas. in diuerſis ꝟo ſunt diuerſa ſpecialia: quia diuiſiones gratiaꝝ ſunt j. ad Coꝝ. xij. Et plenus veritate: qꝛ ei⁹ anima p̄cioſa aliquo modo cognouit omnem veritatē ꝛ ſcientiā. Vn̄ dixit ei Petrus: Domine / tu omnia ſcis: Joh. vlti. Quantū etiā ad tertiū inꝙ̄tum eſt caput eccl̄ie dicit̄ plenus gr̄a: inꝙ̄tū fecit gratiam iuſtificādo. qđ lex non poterat: vt pz Rom̄. viij. Fecit etiā veritatē inꝙ̄tū figuras legis / ꝛ patrū pmiſſiōes adimpleuit. Item dicitur plenus gr̄a: qꝛ ip̄am in nos gratioſis verbis effudit dicēdo Luc. xxj. Omnis populus manicabat. i. mane venire ſtudebat ꝛc̄. Et veritate: qꝛ nō docebat in figuris ꝛ enigmate: ſed in veritate ꝛ apte. Hec ex illo.

Dn̄ica infra octauā natiuitatis domini. Textus euangelij Luce capitulo. ij.

Erant ioſeph ꝛ maria mater ieſu mirantes ſup his que dicebant̄ de illo. Et bn̄dixit illis Symeon: ꝛ dixit ad Mariā matrē eius: Ecce poſitus ē hic in ruinam ꝛ in reſurrectionem multoꝝ in iſrael: ꝛ in ſignuz cui contradicetur. Et tuam ipſius animaz ptranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitatōes. Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel: de tribu Aſer. Hec proceſſerat in diebus multis. ꝛ vixerat cum viro ſuo annis ſeptē a ꝟginitate ſua. Et hec vidua erat vſqꝫ ad ān̄os octogintaquattuoꝛ: q̄ non diſcedebat̄ de tēplo ieiunijs ꝛ obſecratiōibus ſeruiēs nocte ac die. Et hec ipſa hora ſupueniēs cōfitebat̄ domino ꝛ loq̄bat̄ de illo omnibus qui expectabant redēptionē iſrael. Et vt perfecerunt om̄ia ſm legem domini: reuerſi ſunt in galileam in ciuitatē ſuam nazareth. Puer aūt creſcebat ꝛ ꝯfortabat̄ plenus ſapiētia Et gratia dei erat cū illo.

Erat Joſeph ꝛ maria mater Jeſu mirātes ꝛc̄.) Luce. ij. In p̄ſenti euāgelio tangunt̄ tria puncta: que ſunt Prenunciatio: cōfirmatio: ꝛ ꝯſummatio. Quantū ad pmū litteraliter ſciēdū eſt ꝙ ea que in p̄ſenti euangelio dicunt̄ / ſunt facta quando beata virgo poſt partum ꝛ circūciſionem filij in die ſue purificatiōis iuit ad templū: ꝛ Symeon accepit chr̄m in brachijs ſuis. Dicit ergo ſanctus Lucas: (Erant pater eius ꝛ mater.) Sciendum eſt ſm Bedaz ꝙ Joſeph dictus eſt pater chriſti: quia ita erat cōmunis fama non quia vere ita eſſet. ſm Auguſtinū ꝟo in li. de bono ꝯiug. hoc id̄o eſt: qꝛ ioſeph